



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Imago 34. Canit ales, & arbor Iesvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)



Hippone Doctor pedi, quo anima ambulet, censeat comparandum) pestilenti vulnere, & vitio corrumpit.

7. Est via qua videtur homini bona.

8. Iustorum semita quasi lux crescens vsque ad perfectum diem; Prover. 4. quam si quisque sibi bene consultum velit, prosequatur. Qui in via exitu leget inscriptum illi fonti, qui salit in vitam aeternam: Iustus in refrigerio erit. Iam verò quotusquisque est, qui sic sapit, ut hanc ineat viam, vix vnum alterumve reperias. At stultorum infinitus est numerus: qui cum facili via compendio, eoque incundo, & securo, rectà eò, quo nos vocat aeterni & immensi boni adsequendi fiducia, possint contendere; malunt tamen, sed seriùs omnino, iam totius orbis incendio inuoluti, ad Iudicis tribunal seuerissimi, lugubricum ululatu exclamare: Ambulauimus vias difficiles. Et cur difficiles? audi ingemiscetes; quia Iustitiæ lumen non illuxit nobis, Sap. 5. Quid quaeso, viâ tenebricosâ molestius, inuincundius, periculosius?

Ioannes arbor ad aquas semper stans,  
& enirescens; non arundo, ad omnes  
auras fluctuans.

Imago 34.

Canit ales, & arbor IESVM.

1. Philomela canit
2. Christum.

3. Auicula



3. *Auicula accinunt id nomen sub*
4. *Cedro altissimâ. Quæ adsurgit in ripâ*
5. *Lacus triangularis. In quo*
6. *Arundines.*
1. *Ioannis pia anima in concionibus*
2. *Christum de prædicat.*
3. *Aliæ piæ Sanctorum animæ, similis pietatis*  
*amule succinunt. Sub*
4. *Supremo sanctimonie fastigio Ioannis;*
5. *In baptismo qui in nomine SS. Trinitatis con-*  
*fertur: & quo*
6. *Olim errantes, & instabiles homines ab-*  
*luuntur.*

*Iambicum dimetrum, & Anacreonticam.*

O ille vatam gloria,  
 Et Virginum corona,  
 Quæ nulla terris pulchrior,  
 Nec sit, nec esse possit;  
 Quid semper Ennon, & Salina  
 Castis aquis inerras?  
 An hic arundo fluctuas,  
 Par fluctui, vel auræ?  
 Famæque ludis inquires,  
 Sub mobili stabello?  
 Nil aucuparis frivola  
 Vel gloria, vel umbræ.  
 Nec te popellus impulit  
 Vanâ fauoris aurâ;  
 Tu ludus ut sis inquires  
 Fluxis arundinetis,  
 Procera stagni in margine  
 Tu cedrus astra spectas,  
 Iuxtaque Nymphas nobili  
 Hic euirescis umbrâ.

H ij

Sempe



Semper virens, semper noua  
 Quam fronde ver coronat,  
 Audin? canoras hospites  
 Inuitat huc aëdon;  
 Quid eruditum tinniens,  
 Sed Caritas aëdon;  
 Christum canit; par accinit  
 Et ipsa Nympha Christum.  
 Sic Nais, aësq; æmulam  
 Chelyn lyræ mariat.

IOANNIS CONSTANTIA.

Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

Imago 35.

*Mens immota manet.*

- I. Cor ardens stat in
2. Lunula, super erectum
3. Axem, quem circa
4. Rota alata vertitur,
5. Picta pateris, cum unguibus aureis, coronis, & lancibus; item
6. Gladijs, compedibus, & catenis.
1. Ioannis animus stabilis, in
2. Instabili vita decursu persistit,
3. Solido virtutis studio, & tenore;
4. In volubili mundo,
5. Opes, honor, voluptas, & fortuna dona circumferuntur, ut alliciant ad delicias,
6. Mina, & supplicia, ut à virtutis studio absterreant frustra sunt.

Asclepias